This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUÆRIS PENINSULAM AMŒNAM
CIRCUMSPICE

us of Antissa.

SERENI ANTINOENSIS

OPUSCULA.

EDIDIT ET LATINE INTERPRETATUS EST

I. L. HEIBERG,

DR. PHIL., PROFESSOR HAUNIENSIS.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MDCCCXCVI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

I.

Codices, quibus in hac editione usus sum, his siglis notaui:

V — cod. Uaticanus graecus 206, bombyc. saec. XII—XIII; u. ed. Apollonii I p. IV. habet fol. 161—193 Serenum de sectione cylindri, fol. 194—239 de sectione coni. correctus est et manu 1 et raro manu aliquanto recentiore (m. 2); praeterea alia manus etiam recentior (m. 3) partem superiorem folii 237 et folia 238—239 suppleuit (p. 276, 14—18, p. 278, 12—15, p. 280, 9—302, 4); denique Matthaeus Deuarius (u. ed. Apollon. II p. XVI) nonnulla correxit, plura adscripsit in margine (m. rec.). contuli Romae 1894.

v — cod. Uaticanus graecus 203, bombyc. saec. XIII; u. ed. Apollon. I p. V. habet fol. 84—90 Serenum de sectione cylindri sine titulo (*σερήνου* postea add. in mg., in fine *σερήνου ἀντισσέως φιλοσόφου περὶ κυλίνδρου τομῆς*), fol. 90—98 de sectione coni sine titulo, omnia usque ad p. 300, 20 eadem manu eleganti et adcurata scripta, qua Conica Apollonii, p. 300, 20 sqq. uero manu neglegenti eiusdem temporis, quae eadem fol. 1—55 scripsit (cfr. Apollon. II p. XI). descriptus est e V (u. Apollon. II p. XV;

cfr. in hoc uolumine p. 84, 10; 122, 18; 144, 16; 162, 2; 220, 8; 254, 4) ante correctiones manus 2 factas (p. 98, 22; 208, 26; 210, 13, 20, 24, 25; 212, 4, 10, 11, 16, 23; 258, 4)[1]); quare utilis est ad correctiones manus 1 distinguendas et ad pristinam scripturam locorum postea correctorum uel mutilatorum eruendam. contuli p. 276, 14—16; 278, 12—15; 278, 19—302, 4 et locos plurimos inspexi Romae 1894. figuras quoque non raro in V mutilatas e v suppleui.

w — cod. Uaticanus graecus 205, chartac., scriptus anno 1536 ab Iohanne Hydruntino, librorum graecorum instauratore ad bibliothecam Uaticanam (u. ed. Apollonii II p. XI); Sereni opuscula solito ordine habet p. 143—168 et p. 169—207. descriptus est e V iam mutilato et est apographum illud[2]) a Deuario toties citatum (u. ed. Apollon. II p. XV). hic illic locos nonnullos inspexi Romae 1894.

c — cod. Constantinopolitanus palatii ueteris nr. 40, bombyc. saec. XIII—XIV (u. ed. Apollon. II p. XI). Serenum de sectione cylindri habet p. 517—549, de sectione coni p. 549—588; nunc quidem desinit p. 254, 21 madore consumptus; p. 238, 20—252, 2 alia manu eiusdem temporis scripta sunt, p. 236, 15

---

1) Ita factum est, ut in v ordo hic sit inde a uocabulo *ἀγόμεναι* p. 36, 12: p. 56, 8 *ἐάν* — p. 60, 3 *πρός*, p. 36, 12 *εὐθεῖαι* — p. 56, 6 *κυλίνδρου*, p. 60, 3 *τῇ* seqq. nam haec disturbatio in V orta est folio 176 ante folia 170—175 transposito; uerum ordinem notauit manus 2 (u. not. crit. ad p. 36, 12, p. 56, 6, p. 60, 3), et postea folia suo ordine reposita sunt, ut nunc habentur. cfr. ad p. 272, 12.

2) Loci in ed. Apollonii II p. XVI citati in hac editione sunt p. 46, 15; 218, 10; 234, 13; 280, 7.

—238, 15 errore repetita. scripturas meliores quam V raro habet et plerumque eiusmodi, quae cuiuis librario sese offerant (p. 6, 23; 8, 1; 10, 23, 25; 16, 23; 50, 17; 64, 23; 88, 11; 122, 5, 19; 128, 19; 146, 5; 158, 21; 168, 14; uerba in V iniuria bis scripta omisit p. 50, 25; 128, 10; 152, 9; 180, 13; 182, 10; 194, 17; 220, 8, 18; 226, 10; 228, 11; 230, 3; 236, 17; 248, 12; paullo insigniores loci sunt p. 40, 23; 50, 29; 76, 16; 92, 17, 19; 120, 12; 138, 4; 150, 8; 210, 15; 214, 12; 220, 20, dubii p. 40, 22; 90, 28; 96, 12; 194, 1; 214, 20; 250, 10); et librarium in corrigendo deprehendimus p. 34, 3; 148, 5, etiam falso p. 194, 19, cfr. p. 106, 14. nec desunt loci, qui significare uideantur, c ex ipso V descriptum esse (cfr. Apollon. II p. XXXI), uelut p. 82, 4; 84, 10; 98, 22; 114, 5; 124, 16; 160, 25; 196, 5; 210, 25; 216, 2; 236, 2 (easdem repetitiones falsas habet p. 38, 19; 244, 5; cum v consentit in scriptura codicis V falso interpretanda p. 14, 16; 90, 11; 204, 5; 218, 4, cfr. praeterea p. 254, 14). sed obstant loci, quales sunt p. 4, 3; 166, 3; 208, 9; 250, 4, unde concludendum uideri possit, c ex archetypo codicis V descriptum esse (cfr. p. 12, 21), quem litteris compendiisque uncialibus scriptum fuisse ostendunt errores communes p. 106, 26; 134, 16; 144, 2. sed quidquid id est, codex c nihil ad uerba Sereni emendandi confert; nam quas habet emendationes et paucas et futiles, easdem praebet p. ipse contuli Hauniae 1889.

p — codex Parisinus graecus 2342, chartac. saec. XIV (u. Apollon. II p. XII, Omont Inventaire II p. 243) in monte Atho scriptus (Apollon. II p. LXIX). habet fol. 188—195^r Serenum de sectione coni, fol. 195^u—200 de sectione cylindri in fine mutilatum (desinit p. 102, 13; consistit ex XXV quaternionibus numeris *κγ*—*μη* in primo et ultimo folio signatis; e quaternione *μη* unum solum exstat folium). scriptus est a librario audaci et rerum et sermonis mathematici peritissimo (cfr. Apollon. II p. LIV sq.), qui multos locos feliciter emendauit, uelut in minutiis p. 2, 18; 4, 23; 12, 6, 7; 14, 26; 16, 15; 20, 20; 28, 26; 30, 7; 42, 20; 44, 2; 58, 10; 66, 7; 70, 3; 72, 9; 80, 2; 82, 13, 14; 86, 5; 88, 13; 94, 20; 98, 6, 10, 18; 122, 14; 124, 16; 130, 8, 21; 136, 7; 142, 13, 20; 144, 15; 148, 1; 152, 18; 154, 15; 156, 1; 158, 20; 162, 21; 164, 14; 166, 18; 168, 1; 170, 11; 174, 3, 10, 22; 176, 3, 7, 11; 178, 19; 182, 15, 16, 23; 184, 8; 190, 1; 192, 18; 194, 24; 198, 17; 200, 23; 202, 22; 204, 15; 206, 2, 20; 224, 17, 27; 226, 14; 230, 27; 234, 7, 8; 236, 1, 2, 11; 242, 25; 244, 5; 254, 3, 17; 256, 11; 258, 19; 264, 6; 266, 23; 268, 17; 270, 3, 7, 13; 272, 11; 278, 5; 280, 4 praeter errores iam in c correctos (excepto loco p. 10, 25); paullo maiora sunt p. 2, 11; 6, 9; 36, 16; 42, 16; 46, 12; 48, 3; 70, 14; 74, 22; 82, 7; 84, 18; 90, 11; 94, 7; 98, 22; 136, 8; 138, 12; 146, 25; 166, 25; 196, 23; 198, 19; 210, 13; 228, 13; 240, 16; 244, 10 et fortasse p. 190, 18; 202, 7; 204, 24. quam bene res mathematicas tenuerit librarius, ostendunt correctiones litterarum figurae p. 18, 6; 20, 15; 22, 1; 28, 21, 26; 30, 14; 32, 9; 34, 12; 38, 13; 42, 1; 46, 10, 15; 50, 19, 21; 68, 7; 80, 1; 98, 15, 17;

126, 20; 134, 24; 138, 5; 140, 25; 142, 16; 156, 17, 19; 160, 24; 170, 9; 176, 22; 178, 2, 4; 190, 19; 200, 11; 204, 8, 17, 21; 208, 26; 210, 20, 24, 25; 212, 4, 11, 16, 23; 226, 13; 228, 15; 232, 9, 14, 17; 238, 5, 24; 240, 5, 7; 242, 22; 244, 7; 252, 12; 270, 23; 278, 7, 11, 12. haec omnia non meliori memoriae, sed ingenio librarii deberi, adparet et ex interpolationibus apertissimis, quas quaelibet pagina prae se fert (uelut, ut hoc sumam, pro nudo *ἐπεί*, de quo u. ed. Euclidis V p. LX, in p legitur *ἐπεὶ οὖν* p. 8, 15; 138, 20; 140, 26; 146, 12; 148, 26; 160, 27; 172, 3; *καὶ ἐπεί* p. 44, 16; 124, 3; 136, 15; 278, 12; *ἐπεὶ γάρ* p. 52, 10; 160, 5; 202, 15; 210, 22; 250, 1; 254, 24; 270, 19; pro *ἡ Α γωνία* scripsit *ἡ πρὸς τῷ Α* p. 122, 24; 198, 13; pro *τὸ ὑπὸ ΕΠΗ* semper *τὸ ὑπὸ τῶν ΕΠ, ΠΗ* et similia, u. ad p. 46, 3; sed multo maiora molitus est, uelut p. 168, 22—23 et alibi sexcenties), et ex conatibus emendandi non perfectis uel aperte falsis (p. 4, 12; 12, 23; 14, 16, 26; 24, 25; 52, 18; 54, 1; 68, 3; 90, 27; 126, 4; 128, 1; 134, 16; 144, 2; 152, 2, 3; 158, 3; 188, 1; 194, 2, 26; 198, 17; 204, 22; 206, 21, 23; 220, 2, 20?; 230, 21; 244, 23; 274, 19); correctorem deprehendimus p. 10, 1; 36, 25; 166, 24. uestigia certa, unde concludi posset, p ex ipso V uel ex v pendere (u. Apollon. II p. LIV), in his opusculis non repperi; cum c in erroribus conspirat p. 26, 1; 66, 13; 142, 10, cum c correcto p. 188, 16. — contuli ipse Parisiis 1893.

Codicum Vcp scripturas omnes in adparatum recepi neglectis plerumque adcentibus et spiritibus, alios raro commemoraui (vw, de quibus u. supra; de Ambrosiano et Parisino 2367 infra dicetur). codicem V secutus sum, ubicumque fieri poterat. sed cum p. 276, 14—18; 278, 12—15; 280, 9—302, 4 manus recentior saeculi, ut uidetur, XV suppleuerit in V, hac in parte codicem v sequendum esse duxi; V enim hic ad p ita adcedit, ut si non omnes (p. 280, 13, 18, 19; 282, 1, 4, 7, 8, 10, 11, 14, 24; 284, 7, 14, 16, 18, 19, 21, 22, 24; 286, 1, 2, 12, 25; 288, 6; 290, 3, 5, 19; 292, 3, 19; 294, 1, 2, 11; 298, 27; 300, 4, 5, 7, 11, 16, 20), at tamen plurimas eius mutationes praebeat, quarum nonnullae tales sunt, quales in p pro certo interpolationi tribuendae sint a manu prima codicis V prorsus alienae (p. 278, 12—p. 282, 18; 284, 7; 286, 17; 288, 15; 290, 12; 294, 2; 296, 11; 298, 27; 302, 4—p. 284, 2; 286, 11; 290, 10; 294, 14, 15); cfr. praeterea p. 276, 15; 282, 5; 284, 24; 286, 5, 12, 14, 15, 26; 288, 6, 8, 11, 20, 21, 23; 290, 6, 11; 292, 13, 14; 294, 11, 13, 21; 296, 3; 298, 6, 12, 20, 25; 300, 2, 10, 17, 18; 302, 1, coniecturae prauae p. 294, 21; 298, 13, errores communes p. 286, 13; 292, 16; 294, 16; 300, 21—22. non pauca meliora habent quam v (p. 282, 2, 5, 23; 286, 4, 10, 25; 288, 8, 10; 290, 5; 292, 1, 4, 6, 7, 11; 294, 9; 296, 14, 20; 298, 9, 14, 20; 300, 3). ceterum uterque sua habet uitia (de p u. supra et p. 296, 4, de V cfr. p. 284, 7, 23; 298, 5 et interpolationes ei propriae p. 290, 12; 292, 12, 13, 14; 302, 3 et praeterea p. 296, 4). communes codicum Vvp errores sunt p. 292, 17; 296, 15, 22; 298, 21. w hic quoque inutilis est; nam e V descriptus est post supplementa manus tertiae addita, quorum scripturas summa fide, ut solet, refert.

Iam de ceteris codicibus uideamus.

cod. Ambrosianus A 101 sup. (u. Apollon. II p. XII) e p descriptus est (u. ib. p. XXI), sed antequam ultima folia perierunt; nam libellum de sectione cylindri integrum habet (p. 116, 8 τῆς τοῦ om.). idem de cod. Upsalensi 50 ualet (Apollon. II p. XIV, XXI). e reliquis codicibus Apollonianis, quos in ed. Apollonii II p. XII sqq. enumeraui, Serenum continent Marcianus 518, Taurinensis B I 14, Scorialensis *X*—I—7, Parisinus 2357, Uindobonensis suppl. gr. 9, Monacenses 76 et 576, Norimbergensis cent. V app. 6, Berolinensis Meermannianus 1545, Upsalensis 48, quorum stemma in ed. Apollon. II p. XVI sqq. hoc effeci



adcedunt Serenum uel solum continentes uel cum aliis mathematicis sine Apollonio hi:

cod. Paris. gr. 2358, chartac. saec. XVI (Omont II p. 245); continet fol. 33—57^{r} Serenum de sectione cylindri, fol. 57^{r}—94 de sectione coni; e v descriptus est (u. Apollon. II p. VI). tituli sunt σερήνου ἀντισσέως πλατωνικοῦ φιλοσόφου περὶ κυλίνδρου τομῆς βιβλίον ᾱ^{ον} et σερήνου ἀντισσέως περὶ κώνου τομῆς β̄, in fine τῶν σερήνου κωνικῶν τέλος; ultima propositio est ξς′ ut in v m. rec.

cod. Paris. gr. 2363, chartac. saec. XV (Omont II p. 246 sq.); fol. 129—140^{r} Serenum habet de sectione coni (non cylindri) usque ad p. 224, 12. e titulo *σερήνου ἀντινσέως φιλοσόφου περὶ κυλίνδρου* (del. alia manus et *κώνου* supra scripsit atramento nigro) *τομῆς* adparet, eum a V pendere, cuius subscriptio libelli de sectione cylindri (u. p. 166) pro titulo libri insequentis accepta est, sicut etiam in w factum esse uidemus.1) cum neque e v neque e w recentiore descriptus esse possit, sine dubio ipsius V apographum est. prior pars codicis e Parisino 2472 sumpta est (Euclidis opp. VII p. XXII). Serenum sequitur post interuallum paruum haec nota: *πῶς ἔχοντες δεδομένην εὐθεῖαν ληψόμεθα τὴν περιφέρειαν, ὑφ᾽ ἣν ὑποτείνει; λαμβάνομεν τὴν ἔγγιστα ἐλάττονα τῆς ὑποκειμένης εὐθεῖαν καὶ τὴν ἔγγιστα μείζονα καὶ ἐκτίθεμεν ἰδίως τὴν τούτων ὑπεροχήν· εἶτα ἐκτίθεμεν τὴν ὑπεροχὴν τῶν περιφερειῶν* (*περιφερ-* e corr.), *ὑφ᾽ ἃς ὑποτείνουσιν, εἶτα τὴν ὑπεροχὴν τῆς ὑποκειμένης εὐθείας πρὸς τὴν ἔγγιστα ἐλάττονα αὐτῆς, καὶ πολλαπλασιάζομεν αὐτὴν ἐπὶ τὴν ὑπεροχὴν τῶν περιφερειῶν* (*περιφερ-* supra scr.) *καὶ τὸν γινόμενον ἀριθμὸν μερίζομεν παρὰ τὴν ὑπεροχὴν τῆς μείζονος καὶ ἐλάττονος τῶν εὐθειῶν καὶ τὸν γινόμενον ἀριθμὸν προστίθεμεν τῇ ἐλάττονι περιφερείᾳ.*

cod. Paris. gr. 2367, chartac. saec. XVI (Omont II p. 248). continet Serenum de sectione cylindri fol. 1—29^r, de sectione coni fol. 29^r—69. fol. 1 mg. sup. legitur „1510 mantuæ Andreę Coneri“; mg. inf.

---

1) In w tituli sunt *σερήνου ἀντινσέως φιλοσόφου περὶ κυλίνδρου τομῆς* in utroque libello, et mg. sup. legitur in priore *βιβλίον α̅*, in altero *βιβλίον β̅*. in V fol. 193^u desinit in *ὁ περὶ τού-* p. 116, 12, deinde fol. 194^r sequitur *-των λόγος* cum subscriptione et ornamento finali; in eadem pagina incipit libellus de sectione coni sine titulo, unde causa erroris adparet. Deuarius correctiones suas (p. 116 not.) e w petiuit, ut solet.

figura inuenitur, quam adposuimus, conum repraesentans nigrum in sphaera lutea inscriptum; quae figura cum etiam in cod. Ottobon. lat. 1850 exstet, qui et ipse Andreae Coneri fuit (u. Abhandl. z. Gesch. d. Math. V p. 3), signum est ex libris quod uocatur illius uiri mathematici mihi ignoti ad nomen eius adludens. tituli sunt *σερήνου ἀντισέως περὶ κυλίνδρου τομῆς* et *σερήνου ἀντισέως περὶ* cum lacuna. sine dubio ex ipso V descriptus est; desinit enim in *τὴν Θ βάσιν* p. 302, 4, ut Vw soli, nec a w pendet, quoniam in priore libello *λη′* propositiones numerat, w autem *λϛ′*, in altero primas *μδ′* solas numeris signat, cum w ad *ξε′* progrediatur. sed totus codex correctus est ab homine non imperito, sed audaciore.



Alia subsidia praeter codices pauca adsunt, inter quae, ut solet, longe primum locum obtinet Commandinus (Comm., h. e. Sereni Antinsensis philosophi libri duo, unus de sectione cylindri, alter de sectione coni, a Federico Commandino Urbinate e Graeco conuersi et commentariis illustrati, Bononiae 1566 fol., repetita Pistorii 1696), qui multos errores tacite sustulit; habuit codicem Marcianum (u. Apollon. II p. LXXXIII). partes utriusque operis interpretatus est Georgius Ualla De expet. et fug. rebus XIII, 4. interpretationem Marini Ghetaldi (Uenetiis 1607) non uidi. Nizzius (Serenus von Antissa über den Schnitt des Cylinders, Stralsund 1860, Ueber den Schnitt des Kegels, ibid. 1861), qui editionem parabat collationesque codicum Monacensium et Norimbergensis habuit

(1860 p. 2), in interpretationibus germanicis rem criticam non curat.

restat editio et princeps et ad hunc diem sola Halleii (cum Apollonio Oxonii 1710 fol.), qui in praefatione p. III haec habet de subsidiis suis: „ob argumenti autem affinitatem Sereni libros duos de Sectione Cylindri et Coni publico donare haud gravatus sum jam primum Graece impressos, quos e Codicibus tribus Bibliothecæ Regiæ Parisiensis sui in usum describi curaverat vir doctissimus Henricus Aldrichius S. T. P.[1]) Ædis Christi Decanus mihique, ut simul cum Apollonio lucem aspicerent, perhumaniter impertiit. in his omnibus evulgandis industriam haud levem et diligentiam adhibui, mecum (quod fateri non piget) summopere adnitente D. Joanne Hudsono Bibliothecæ Bodlejanæ Præfecto manumque auxiliarem (prout in Euclide fecerat) non invito porrigente.“ inter Parisienses tres erat et cod. 2367, cuius coniecturae falsae saepius receptae sunt (uelut p. 22, 15; 24, 3; 32, 15), et p, cuius uestigia certa deprehendimus p. 40, 1, 5; 76, 15; 180, 1. paucas emendationes certas, quae Commandinum fugerant — eum quoque ab Halleio usurpatum esse, adparet ex p. 252, 22, ubi additamentum ab eo fol. 28^{u} in notis propositum recepit; cum eodem p. 252, 16, 23 *ἡ μὲν ΕΔ τῇ ΔΓ* et *δέ* omisit —, ex Halleio recepi, nonnullas non prorsus improbabiles commemoraui; ut adparatum criticum omnibus scripturis uariantibus editionis Halleianae

---

[1]) Ad hunc uirum misit Sereni libellos „nunc primum Graece et Latine ex suo exemplari manuscripto editos“.

onerarem, quae plerumque mutandi libidini temerariae debentur, ne hic quidem a me impetrare potui.

II.

Iam si quaerimus, qua fide nobis tradita sint haec opuscula, de librariis non est quod magnopere queramur; errores communes codicum (qui quidem in cp non correcti sint) nec multi sunt nec graues (p. 4, 10; 26, 14; 48, 25; 50, 29; 58, 12; 66, 13; 70, 22; 84, 19; 92, 6; 94, 17; 128, 26; 158, 29; 160, 6, 18; 188, 16; 200, 2, 22; 222, 25; 232, 17, 19; 236, 1; 238, 24; 250, 12; 260, 3; in litteris figurarum p. 22, 12; 54, 24; 56, 24; 76, 5; 88, 4; 126, 7; 140, 3; 160, 23; 166, 11; 170, 23; 180, 3; 208, 2; 212, 9; 214, 22; 234, 7; 236, 4; 268, 23; 280, 7; uerba omissa p. 8, 16; 52, 13; 92, 12; 162, 10; 212, 28; 220, 3; 250, 19). interpolatione uero, solita labe operum mathematicorum Graecorum, ne Serenus quidem caret. certa est in minoribus p. 206, 16; 212, 1 (de p. 272, 7 u. infra), aliquanto maior p. 298, 8 (cfr. scholium additum in V p. 252, 22); de figuris additis u. notae p. 155, 179, 235, 243 (cfr. p. 21). praeterea uerba p. 44, 18 *τὸ ἄϱα* — 19 *ΘΛ* suspecta sunt, quia post prop. XIII prorsus sunt inutilia. nec deest suspicio de demonstratione altera p. 256, 13 sqq. interpolata cum ob genus uniuersum (u. Euclidis opp. V p. LXXIX) tum propter locutionem insolitam *κοινῆς ἀϱϑείσης* p. 258, 8; 260, 4; tota praeterea demonstrationis forma uerbosior est et ad rationem elementarem propius adcedit quam pro more Sereni.

difficilis quaestio est de propositionibus numerandis; cum enim in V nulli numeri propositionum sint a manu prima, codicum auctoritas hac in re nulla est. cum autem Serenus more mathematicorum recentiorum non raro numeros propositionum indicet, quibus utitur[1]), hinc in propositionibus numerandis proficiscendum est. iam in libello de sectione cylindri praeter propp. 1 (p. 14, 22) et 3 (p. 50, 9; 100, 24) prop. 14 citat p. 48, 7; itaque aut prop. 9 aut 11 Halleii diuidenda est; quarum prior eligenda est et propter p. 32, 11 *ἐν τῷ πρὸ τούτου θεωρήματι* et propter p. 48, 11 *πρὸς τῷ θ′ θεωρήματι* (ad finem prop. 9). Serenus igitur contra rationem diiunxit propp. 9—10, quae re uera partes sunt eiusdem demonstrationis, sicut etiam in codicibus Apollonii factum est (u. Apollon. II p. LXVIII); itaque fortasse etiam prop. 16 in duas diuidenda est (p. 48, 16). de sequentibus nihil constat, nec raro locus est dubitandi (propp. 27—28), etiam propter epilogos p. 58, 8; 96, 10. prop. 25 citatur p. 80, 7 *διὰ τὸ προδειχθέν*, prop. 31 eodem modo p. 112, 18 *διὰ τὸ πρὸ τούτου*; cfr. de prop. 11 p. 38, 17.

in libro de sectione coni praeter propp. 1 (*τὸ πρῶτον λημμάτιον* p. 128, 12) et 5 (p. 134, 20) citationesque nobis inutiles per *διὰ τὸ πρὸ τούτου* p. 142, 2 (prop. 10); 164, 23 (19); 198, 23 (32, cfr. p. 196, 17);

---

[1]) Etiam Apollonii I, 15 hoc numero citat p. 52, 25; 56, 5; sed p. 58, 7 Apollon. I, 20 pro 21, ut Eutocius in Archim. III p. 196, 24; 200, 11 et scholiasta eiusdem III p. 375, 3; itaque in Eutocii editione Conicorum adcessit una propositionum I, 16—19, et scholium illud Archimedis illa editione antiquius est. Apollon. I, 36 indicato libro, sed sine numero propositionis, citatur p. 100, 9, sicut Euclidis Elem. XII, 11 p. 278, 20. praeterea citat definitiones Apollonii p. 6, 6 sqq. et Optica (Euclidis) p. 104, 13.

202,17 (34) uel similia (τὸ πρὸ ἑνός p. 286, 5; 288, 12) citantur propp. 18—19 p. 270, 2. itaque ex propp. 6—17 Halleii una diuidenda erat, quae uix alia esse potest ac prop. 6 (cfr. p. 232, 6 ἑξῆς δειχϑήσεται de prop. 46, p. 266, 7 δείξομεν de 56). hinc simul arguitur interpolatio p. 272, 7, ubi prop. 19 citatur pro 20; ibidem etiam τοῦ πρώτου βιβλίου p. 272, 8 absurdum est; neque enim libellus de sectione coni in duo ab auctore diuisus erat. sed aliud fortasse uestigium eiusdem manus interpolatricis in eo deprehendimus, quod in figuris codicis V propp. 53 ἄλλως, 55, 57, 58, 59, 60 a manu 1 additi sunt numeri ζ, ϑ, ια, ιβ, ιγ, ιδ; librarius igitur aliquis a prop. 47 librum alterum incepisse uidetur; quam mutationem admodum infelicem posteriores rursus neglexerunt (haec fortasse causa est repetitionis in c p. 236, 15). prop. 20 non esse dirimendam, quod credideris, e p. 268, 24 adparet, ubi prop. 21 citatur. ordinatio propp. sequentium usque ad 33 e p. 204, 2 constat; numerus Halleianus quattuor minor est; quare eius propp. 21, 25, 28 in binas diuisi. et hoc confirmatur citatis p. 218, 20; 220, 14 propositionibus 36 et 38. de reliquis nihil adfirmari potest, nisi quod e p. 250, 10 sequitur, propp. 50—51 non coniungendas, e p. 256, 3 et p. 262, 19, propp. 52 et 53 in binas non diiungendas esse. e p. 238, 14 fortasse concludendum, prop. 46 ut lemma proprio numero caruisse (cfr. p. 80, 7). p. 270, 6 (in prop. 57) διὰ τὸ πρὸ τούτου ϑεώρημα error est et fortasse delendum; significatur enim prop. 54, nec prop. 55 spuria esse potest propter p. 270, 25; eius lemma est prop. 56 ab initio fortasse sine numero.

sequitur conspectus numerorum propositionum Halleianorum meorumque.

De sectione cylindri

ed. Halleii def. 1 = 1 ed. meae
2–5 = 2
6—7 = 3
8—10 = 4
11 = 5
12—13 = 6
14—15 = 7—8
prop. 1–8 = 1–8
9 = 9—10
10–25 = 11—26
26–27 = 27
28—30 = 28
31—35 = 29—33.

De sectione coni

ed. Halleii prop. 1—5 = 1—5 ed. meae
6 = 6–7
7—20 = 8–21
21 = 22–23
22–24 = 24—26
25 = 27—28
26—27 = 29—30
28 = 31—32
29—36 = 33—40
37 = 41—42
38–39 = 43—44
40 = 45–46
41–63 = 47—69.

III.

Sereno patriam restituit coniectura facillima (Bibliotheca mathematica 1894 p. 97) *'Αντινοέως* reponens pro corrupto *ἀντινσέως* in subscriptione codicis V p. 116, quod solum habemus testimonium genuinum (*ἀντινέως* p in titulo p. 120). oriundus igitur erat ex Antinoeia siue Antinoupoli urbe Aegypti ab Hadriano condita. qua re magnopere confirmatur suspicio Pauli Tannery de aetate Sereni, qui praeeunte Michaele Chasles (Geschichte der Geometrie p. 44) eum inter Pappum Theonemque posuit, h. e. saeculo IV (Bulletin des Sciences mathématiques et astronomiques 1883). huic tempori optime conuenit et sermo iam ab usu ueterum mathematicorum deflectens (*ἡ Α γωνία* p. 122, 24; 198, 13; *ὁ Α κύκλος* p. 276, 10; 278, 12; cfr. p. 160, 8 et notae p. 155, 165) et res ab eo neque satis subtiliter (u. Halleius p. 68) nec semper recte (u. p. 157 not. 2) tractatae. omnino error, quem in priore opusculo (p. 2, 3 sqq.) impugnat, tum demum oriri potuit, cum Archimedes (*περὶ κωνοειδ.* 9) et Apollonius non iam satis intellegerentur (cfr. p. 52, 25). de Pithone geometra eius amico (p. 96, 14, 22) Cyroque (p. 2, 2; 120, 2) nihil notum.

duo opuscula Sereni sine dubio iam inde a saeculo VII (u. Apollon. II p. LVI) propter rerum adfinitatem cum Eutocii editione Conicorum Apollonii coniungebantur et ita ad nos peruenerunt. cum Apollonio coniunctum eum legit Theodorus Metochita (Sathas, *Μεσαιων. βιβλιοθ.* I p. ϱε′: *'Απολλωνίου τοῦ Περγαίου κωνικὰ .... καὶ Σερήνου κυλινδρικὰ μάλιστ' ἐπονήθη μοι*), fortasse in ipso codice p (Apollon. II p. LXX).

periit commentarius Sereni in Conica Apollonii, quem ipse commemorat p. 52, 26. in codicibus quibusdam Theonis Smyrnaei exstat fragmentum aut inde petitum aut ex alia lemmatum collectione (edidit Th. H. Martin post Theonem Parisiis 1849 p. 340—42, cfr. Hultsch Zeitschrift für Mathem. u. Physik XXIV hist. Abth. p. 41), quod hic subiungimus e cod. Marciano gr. 303 (M) additis scripturis codicis Paris. 1821 (P) apud Martinum Martinique ipsius (m); M ipse contuli Uenetiis 1893.

Σερήνου τοῦ φιλοσόφου ἐκ τῶν λημμάτων.



Ἐὰν κύκλου ἐπὶ τῆς διαμέτρου ληφϑῇ τι σημεῖον, ὃ μή ἐστι κέντρον τοῦ κύκλου, καὶ πρὸς αὐτῷ συσταϑῶσιν εὐϑύγραμμοι γωνίαι ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη ἐπὶ ἴσων περιφερειῶν βεβηκυῖαι, ἡ ἐγγύτερον τοῦ κέντρου ἀεὶ ἐλάσσων τῆς ἀπώτερον τοῦ κέντρου.

ἐὰν οὖν ταύτην τὴν πρότασιν ἐφαρμόσωμεν ἐπὶ τῆς ἡλιακῆς ἐκκεντρότητος καὶ ὑποϑώμεϑα κέντρον τοῦ ζῳδιακοῦ τὸ Α, ζῳδιακὸν δὲ τὸν ΓΔΚ, ἡλιακὸν δὲ ἔκκεντρον τὸν ΕΛΖΘ περὶ κέντρον τὸ Β καὶ ἀπο-

---

Fig. om. MP, falsam habet m.

12. *διαμέτρου*] σ÷ο corr. ex σ∹ὄ M, *ἐπιφανείας* m, σ÷ P? 13. *πρός*] addidi, om. MPm. *συσταϑῶσιν*] *συσταϑῶσι* P. 14. *εὐϑύγραμμοι*] m, *εὐϑύγραμμαι* MP. 18. *ἀπώτερον*] *ἀπωτέρω* m. 19. Huc Serenus. 22. *ἐκκεντρότητος*] m, *ἐγκεντρότητος* MP. 25. *ἔκκεντρον*] m, *ἔγκ*ʼ M, *ἔγκον* P? *ΕΛΖΘ*] scribendum *ΕΖΘΛ*. *ἀπολάβωμεν*] Hultsch, *ἀπολάβομεν* MP, *ὑπολάβωμεν* m.

λάβωμεν ἴσας περιφερείας τοῦ ἐκκέντρου τὰς ΨΩ, ΩΑ′, ἔσται ἡ ὑπὸ ΨΑΩ γωνία ἐλάσσων τῆς ὑπὸ ΩΑ′Α· ὥστε καὶ ἡ ΥΦ περιφέρεια τῆς ΧΦ περιφερείας ἐλάσσων ἔσται. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καί, ἐὰν ἴσας ἀλλήλαις θῶμεν τὰς ΕΞ, ΞΟ, ἐλάσσων ἔσται ἡ ΓΜ τῆς ΜΝ. ἔτι δὲ καὶ ἴσων οὐσῶν τῶν ΣΤ, ΤΘ ἐλάσσων ἔσται ἡ ΠΡ τῆς ΡΗ. καὶ καθόλου περὶ μὲν τὴν ΕΞΟ περιφέρειαν κινούμενος ὁ ἥλιος, φαινόμενος δὲ ἐπὶ τῆς ΓΜΝ περιφερείας, ἀπὸ τῶν ἐλαχίστων ἐπὶ τὰ μέγιστα κινηθήσεται, ἀπὸ δὲ τοῦ Ζ ἐπὶ τὸ Λ ἐρχόμενος δόξει ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὸ Κ καὶ ἔσται ἀπὸ τῶν μεγίστων ἐπὶ τὰ ἐλάχιστα κινούμενος.

---

1. *ἐκκέντρου*] $\overline{\varepsilon\kappa}\kappa^{\smile}$ M. *ΩΑ′*] scripsi, $\overline{\nu\alpha}$ MP, *γω* m (qui inter *Γ* et *γ* distinguit, *Γ* = *Γ*, *γ* = *Α′*). 2. *ΩΑ′Α*] $\overline{\omega\gamma\alpha}$ M, $\overline{\omega\gamma\alpha}$ P, *ωαγ* m. 3. *ΥΦ*] m, $\overline{\nu\varphi}$ MP. *ἐλάσσων*] scripsi, *καί* MPm. 4. *διά*] scripsi, *δή* MPm. *δή*] om. m. *ἴσας*] m, bis MP. *ἀλλήλαις*] m, *ἀλλήλοις* MP. 5. *ἐλάσσων*] *καί* MPm. 6. *ἐλάσσων*] *καί* MPm. 7. *ΕΞΟ*] m, $\overline{\varepsilon\xi}$ $\xi\overline{o}$ MP.

Scr. Hauniae mense Decembri MDCCCXCV.

I. L. Heiberg.

DE SECTIONE CYLINDRI.

ΠΕΡΙ ΚΥΛΙΝΔΡΟΥ ΤΟΜΗΣ.

Πολλοὺς ὁρῶν, ὦ φίλε Κῦρε, τῶν περὶ γεωμετρίαν ἀναστρεφομένων οἰομένους τὴν τοῦ κυλίνδρου πλαγίαν τομὴν ἑτέραν εἶναι τῆς τοῦ κώνου τομῆς τῆς καλουμένης ἐλλείψεως ἐδικαίωσα μὴ χρῆναι περιορᾶν ἀγνοοῦντας αὐτούς τε καὶ τοὺς ὑπ᾽ αὐτῶν οὕτω φρονεῖν ἀναπεπεισμένους· καίτοι δόξειεν ἂν παντὶ ἄλογον εἶναι γεωμέτρας γε ὄντας περὶ γεωμετρικοῦ προβλήματος ἄνευ ἀποδείξεως ἀποφαίνεσθαί τι καὶ πιθανολογεῖν ἀτεχνῶς ἀλλότριον γεωμετρίας πρᾶγμα ποιοῦντας. ὅμως δ᾽ οὖν, ἐπείπερ οὕτως ὑπειλήφασιν, ἡμεῖς δὲ οὐ συμφερόμεθα, φέρε γεωμετρικῶς ἀποδείξωμεν, ὅτι μίαν καὶ τὴν αὐτὴν κατ᾽ εἶδος ἀνάγκη γίνεσθαι ἐν ἀμφοτέροις τοῖς σχήμασι τομήν, τῷ κώνῳ λέγω καὶ τῷ κυλίνδρῳ, τοιῶσδε μέντοι ἀλλ᾽ οὐχ ἁπλῶς τεμνομένοις.

ὥσπερ δὲ οἱ τὰ κωνικὰ πραγματευσάμενοι τῶν παλαιῶν οὐκ ἠρκέσθησαν τῇ κοινῇ ἐννοίᾳ τοῦ κώνου, ὅτι τριγώνου περιενεχθέντος ὀρθογωνίου συνίσταιτο, περισσότερον δὲ καὶ καθολικώτερον ἐφιλοτεχνήσαντο μὴ μόνον ὀρθούς, ἀλλὰ καὶ σκαληνοὺς ὑποστησάμενοι κώνους, οὕτω χρὴ καὶ ἡμᾶς, ἐπειδὴ πρόκειται περὶ κυλίνδρου τομῆς ἐπισκέψασθαι, μὴ τὸν ὀρθὸν μόνον ἀφορίσαντας ἐπ᾽ αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὴν σκέψιν, ἀλλὰ καὶ

---

1. *ΠΕΡΙ*] *Σερήνου περί* V v p. *ΠΕΡΙ — ΤΟΜΗΣ*] om. c. 2. *Πολλούς*] *ολλούς* c. 6. *τε*] om. p. 11. *ὅμως*] p,

DE SECTIONE CYLINDRI.

Cum uiderem, Cyre amice, multos eorum, qui in geometria uersarentur, sectionem transuersam cylindri a sectione coni, quae ellipsis uocatur, diuersam esse putare, censui non oportere eos in hoc errore esse sinere et ipsos et quibus persuasissent, ut ita sentirent. quamquam cuiuis absurdum uideri necesse est, geometras de geometrico problemate quidquam sine demonstratione pronuntiare similiaque ueri consectari, id quod a geometria maxime abhorreat. sed quidquid id est, quoniam illi ita sentiunt, nos uero non adsentimur, age geometrice demonstremus necesse esse sectionem genere unam eandemque esse in utraque figura, cono dico cylindroque, sed certo quodam modo, non quoquo modo sectis.

sicut autem ueterum qui conica scripserunt, communi notione coni non steterunt, conum oriri triangulo rectangulo circumacto [Eucl. XI def. 18], sed definitionem ampliorem et uniuersaliorem excogitauerunt conos non rectos modo, sed etiam obliquos supponentes [Apollon. con. I p. 6], ita nos quoque, quoniam propositum est, ut de cylindri sectione quaeramus, non rectum solum seligentes in eo quaerere

---

ὁμοίως Vvc; † et in mg. $\overset{τ}{M}$† puto *ὅμως* m. rec. V.   18. *ὀρθογωνίου*] p, *ὀρθογώνῳ* V, *ὀρθογών*^{ω} c.

τὸν σκαληνὸν περιλαβόντας ἐπὶ πλέον ἐκτεῖναι τὴν θεωρίαν. ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἂν προσοῖτό τις ἑτοίμως μὴ οὐχὶ πάντα κύλινδρον ὀρθὸν εἶναι τῆς ἐννοίας τοῦτο συνεφελκούσης, οὐκ ἀγνοῶ δήπουθεν· οὐ μὴν ἀλλ' ἕνεκά γε τῆς θεωρίας ἄμεινον οἶμαι καθολικωτέρῳ ὁρισμῷ περιλαβεῖν, ἐπεὶ καὶ τὴν τομὴν ὀρθοῦ μένοντος αὐτοῦ μόνῃ τῇ τοῦ ὀρθοῦ κώνου ἐλλείψει τὴν αὐτὴν εἶναι συμβήσεται, καθολικώτερον δὲ ὑποτεθέντος ὅλῃ τῇ ἐλλείψει καὶ αὐτὴν ἐξισάζειν, ὃ δὴ καὶ δείξειν ὁ παρὼν λόγος ἐπαγγέλλεται. ἰτέον οὖν ἡμῖν ἐπὶ τὸ προκείμενον ὁρισαμένοις τάδε·

ἐὰν μενόντων δύο κύκλων ἴσων τε καὶ παραλλήλων αἱ διάμετροι παράλληλοι οὖσαι διὰ παντὸς αὐταί τε περιενεχθεῖσαι ἐν τοῖς τῶν κύκλων ἐπιπέδοις περὶ μένον τὸ κέντρον καὶ συμπεριενεγκοῦσαι τὴν τὰ πέρατα αὐτῶν κατὰ τὸ αὐτὸ μέρος ἐπιζευγνύουσαν εὐθεῖαν εἰς ταὐτὸ πάλιν ἀποκαταστῶσιν, ἡ γραφεῖσα ὑπὸ τῆς περιενεχθείσης εὐθείας ἐπιφάνεια κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια καλείσθω, ἥτις καὶ ἐπ' ἄπειρον αὔξεσθαι δύναται τῆς γραφούσης αὐτὴν εὐθείας ἐπ' ἄπειρον ἐκβαλλομένης. κύλινδρος δὲ τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τῶν παραλλήλων κύκλων καὶ τῆς μεταξὺ αὐτῶν ἀπειλημμένης κυλινδρικῆς ἐπιφανείας. βάσεις δὲ τοῦ κυλίνδρου οἱ κύκλοι. ἄξων δὲ ἡ διὰ τῶν κέντρων αὐτῶν ἀγομένη εὐθεῖα. πλευρὰ δὲ τοῦ κυλίνδρου γραμμή τις, ἥτις εὐθεῖα οὖσα καὶ ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας οὖσα τοῦ κυλίνδρου τῶν βάσεων ἀμφοτέρων ἅπτεται, ἣν καί

---

2. προσοῖτο] Vvpc, ει supra scr. m. rec. V. 3. πάντα] -τα e corr. m. 1 V, παντί v supra scr. α, πάλιν c, τόν p. 8. καθολικωτέρον p. 10. ἰτέον] -τ- e corr. p. ἐπί] scripsi,

oportet, sed comprehendentes etiam obliquum disquisitionem latius extendere. nam neminem facile admissurum esse, non omnem cylindrum rectum esse, notione [Eucl. XI def. 21] hoc secum adducente, equidem certe non ignoro; uerum enimuero disquisitionis causa melius esse puto definitione uti uniuersaliore, quoniam recto eo manente eueniet, ut etiam sectio ellipsi recti coni soli respondeat, uniuersaliore uero supposita definitione, ut et ipsa omni ellipsi respondeat, quod quidem ipsum ut demonstretur, huic libro est propositum. adgrediendum igitur, quod propositum est, his definitis:

1. si manentibus duobus circulis aequalibus parallelisque diametri semper parallelae et ipsae circumactae in planis circulorum circum centrum manens et circumagentes rectam terminos eorum ad easdem partes uersus coniungentem rursus ad idem punctum restituuntur, superficies descripta a recta circumacta superficies cylindrica uocetur, quae in infinitum produci potest recta eam describente in infinitum producta.

2. cylindrus autem figura comprehensa a circulis parallelis et superficie cylindrica inter eos intercepta, bases autem cylindri circuli illi, axis autem recta per centra eorum ducta, latus autem cylindri linea quaedam recta, quae in superficie cylindri posita

---

περί Vvcp, ∴ supra add. m. rec. V, cui signo nunc quidem in mg. nihil respondet. 12. *μενόντων*] scripsi, *μὲν οὖν τῶν* Vc, *τῶν* p. 13. *αὐταί*] *αὗται* V. 19. *ἥτις*] *εἴ τις* c. 21. Post *σχῆμα* del. *τὸ περιε* c. 23. *βάσεις*] p, *βάσις* Vc.

φαμεν περιενεχθεῖσαν γράφειν τὴν κυλινδρικὴν ἐπιφάνειαν.

τῶν δὲ κυλίνδρων ὀρθοὶ μὲν οἱ τὸν ἄξονα πρὸς ὀρθὰς ἔχοντες ταῖς βάσεσι, σκαληνοὶ δὲ οἱ μὴ πρὸς ὀρθὰς ἔχοντες ταῖς βάσεσι τὸν ἄξονα.

ὁριστέον δὲ κατὰ Ἀπολλώνιον καὶ τάδε·

πάσης καμπύλης γραμμῆς ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ οὔσης διάμετρος καλείσθω εὐθεῖά τις, ἥτις ἠγμένη ἀπὸ τῆς καμπύλης γραμμῆς πάσας τὰς ἀγομένας ἐν τῇ γραμμῇ εὐθείας εὐθείᾳ τινὶ παραλλήλους δίχα διαιρεῖ, κορυφὴ δὲ τῆς γραμμῆς τὸ πέρας τῆς εὐθείας τὸ πρὸς τῇ γραμμῇ, τεταγμένως δὲ ἐπὶ τὴν διάμετρον κατῆχθαι ἑκάστην τῶν παραλλήλων.

συζυγεῖς δὲ διάμετροι καλείσθωσαν, αἵτινες ἀπὸ τῆς γραμμῆς τεταγμένως ἀχθεῖσαι ἐπὶ τὰς συζυγεῖς διαμέτρους ὁμοίως αὐτὰς τέμνουσι.

τοιούτων δὲ γραμμῶν ὑφισταμένων καὶ ἐν ταῖς πλαγίαις τομαῖς τοῦ κυλίνδρου ἡ διχοτομία τῆς διαμέτρου κέντρον τῆς τομῆς καλείσθω, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ τὴν γραμμὴν προσπίπτουσα ἐκ τοῦ κέντρου τῆς γραμμῆς.

ἡ δὲ διὰ τοῦ κέντρου τῆς τομῆς παρὰ τεταγμένως κατηγμένην ἀχθεῖσα περατουμένη ὑπὸ τῆς γραμμῆς δευτέρα διάμετρος καλείσθω· δειχθήσεται γὰρ πάσας τὰς ἀγομένας ἐν τῇ τομῇ παρὰ τὴν διάμετρον δίχα τέμνουσα.

---

4. σκαληνοί — 5. βάσεσι] om. p. 7. Post γραμμῆς del. τὸ πέρας τῆς εὐθείας c. 9. πάσας — 11. γραμμῆς] p, om. Vc. 10. κορυφήν comp. dubio p. 12. κατῆκται c. 16. δίχα τέμνουσι Halley. 19. ἡ δέ — 24. καλείσθω] mg. m. 1 p (κεί-

utramque basim tangat, quam quidem superficiem cylindricam describere circumactam dicimus.

3. cylindrorum uero recti, qui axem ad bases perpendicularem habent, obliqui autem, qui axem ad bases perpendicularem non habent.

uerum etiam haec secundum Apollonium definienda sunt:

4. omnis lineae curuae, quae in uno plano posita est, diametrus uocetur recta quaedam, quae a linea curua ducta omnes rectas in linea illa rectae alicui parallelas ductas in binas partes aequales secat, uertex autem lineae terminus huius rectae in linea, singulas autem rectas parallelas ad diametrum ordinate ductas esse [Apollon. con. I def. 4].

5. coniugatae autem diametri uocentur, quae a linea ad coniugatas diametros ordinate ductae eodem modo eas secant.1)

6. talibus uero lineis etiam in obliquis sectionibus cylindri ortis punctum medium diametri centrum sectionis uocetur, recta autem a centro ad lineam ducta radius sectionis [Apollon. con. I deff. alt. 1].

7. recta autem a centro sectionis rectae ordinate ductae parallela ducta, quae a linea terminatur, diametrus altera uocetur [Apollon. con. I deff. alt. 3]; demonstrabimus enim, eam omnes rectas in sectione diametro parallelas ductas in binas partes aequales secare.

---

1) Haec definitio nec cum Apollon. con. I def. 6 consentit nec per se satis perspicua est; sed emendationem probabilem non reperio nec adfirmare ausim, Serenum non ita scripsisse.

μενον). 22. *ἡ δὲ διά*] *διὰ δέ* p. 23. *κατηγμένην*] pc, *κατηνεγμένην* Vv. 24. *δευτέρα*] $\beta^{-\alpha}$ p.

ἔτι κἀκεῖνο προδιωρίσϑω, ὅτι ὅμοιαι ἐλλείψεις εἰσίν, ὧν ἑκατέρας αἱ συζυγεῖς διάμετροι πρὸς ἀλλήλας τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον καὶ πρὸς ἴσας γωνίας τέμνουσιν ἀλλήλας.

α΄.

Ἐὰν ὦσι δύο εὐϑεῖαι ἁπτόμεναι ἀλλήλων παρὰ δύο εὐϑείας ἁπτομένας ἀλλήλων καὶ ἴσας ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, αἱ τὰ πέρατα αὐτῶν ἐπιζευγνύουσαι καὶ αὐταὶ ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσιν.

ἔστωσαν δύο εὐϑεῖαι ἁπτόμεναι ἀλλήλων αἱ ΑΒ, ΒΓ παρὰ δύο εὐϑείας ἁπτομένας ἀλλήλων τὰς ΔΕ, ΕΖ, καὶ ἴση ἔστω ἡ μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ, ἡ δὲ ΒΓ τῇ ΕΖ, καὶ ἐπεζεύχϑωσαν αἱ ΑΓ, ΔΖ. λέγω, ὅτι αἱ ΑΓ, ΔΖ ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσιν.

ἐπεζεύχϑωσαν αἱ ΒΕ, ΓΖ, ΑΔ. ἐπεὶ ἡ ΑΒ τῇ ΔΕ ἴση τε καὶ παράλληλός ἐστι, καὶ ἡ ΒΕ ἄρα . . . . τῇ ΓΖ ἴση τε καὶ παράλληλός ἐστι. καὶ αἱ ΑΓ, ΔΖ ἄρα ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσιν· ὃ προέκειτο δεῖξαι.

β΄.

Ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηϑῇ διὰ τοῦ ἄξονος, ἡ τομὴ παραλληλόγραμμον ἔσται.

---

1. ὅμοιαι] pc, ὅμαιαι Vv, mg. γρ. † ὅμοιαι m. rec. V. 2. συζυγεῖς] vcp, euan. V, repet. mg. m. rec. 5. α΄] p, om. Vc. 8. αὐταί] αὗται Vcp. 13. *ΕΖ* — 14. εἰσιν] mg. p (κείμενον); in textu deinde del. *ΕΖ* καί. 13. *ΕΖ*] *ΖΕ* p. 15. *ΑΔ*, *ΒΕ*, *ΓΖ* p. ἐπεί] ἐπεὶ οὖν p. 16. τε] τέ ἐστι p. ἐστι] om. p. Post ἄρα exciderunt haec fere: τῇ *ΑΔ* ἴση τε καὶ παράλληλός ἐστι. καὶ ἐπεὶ ἡ *ΒΓ* τῇ *ΕΖ* ἴση τε καὶ παράλληλός ἐστι, καὶ ἡ *ΒΕ* ἄρα τῇ *ΓΖ* ἴση τε καὶ παράλληλός ἐστι. καὶ ἡ *ΑΔ* ἄρα. 17. *ΓΖ*] Vc, *ΑΔ* p. ἐστι] διὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἡ *ΓΖ* τῇ *ΒΕ* ἴση ἐστὶ καὶ παράλληλος· αἱ *ΑΔ* ἄρα *ΓΖ* ἴσαι τέ εἰσι καὶ παράλληλοι p. 18. τε] εἰσίν p. εἰσιν — δεῖξαι] om. p. 19. β΄] p, m. rec. V, om. vc.

8. praeterea haec quoque definitio praemittenda, **similes** ellipses esse, quarum utriusque diametri coniugatae inter se eandem rationem habeant et ad aequales angulos inter se secent.

I.

Si duae rectae inter se tangentes duabus rectis inter se tangentibus, quarum utraque utrique est aequalis, parallelae sunt, rectae terminos earum coniungentes et ipsae aequales sunt et parallelae.



sint duae rectae inter se tangentes AB, $B\Gamma$ duabus rectis inter se tangentibus ΔE, EZ parallelae, et sit $AB = \Delta E$, $B\Gamma = EZ$, ducanturque $A\Gamma$, ΔZ. dico, rectas $A\Gamma$, ΔZ aequales et parallelas esse.

ducantur BE, ΓZ, $A\Delta$. quoniam AB rectae ΔE aequalis est et parallela, erit etiam [Eucl. I, 33] BE rectae $A\Delta$ aequalis et parallela. et quoniam $B\Gamma$ rectae EZ aequalis est et parallela, erit etiam BE rectae ΓZ aequalis et parallela. quare [Eucl. I, 30] $A\Delta$ rectae ΓZ aequalis est et parallela. ergo etiam [Eucl. I, 33] $A\Gamma$, ΔZ aequales et parallelae; quod erat demonstrandum.

II.

Si cylindrus plano per axem secatur, sectio parallelogrammum erit.

ἔστω κύλινδρος, οὗ βάσεις μὲν οἱ περὶ τὰ *Α*, *Β* κέντρα κύκλοι, ἄξων δὲ ἡ *ΑΒ* εὐϑεῖα, καὶ διὰ τῆς *ΑΒ* ἐκβεβλήσϑω ἐπίπεδον τέμνον τὸν κύλινδρον· ποιήσει δὴ ἐν μὲν τοῖς κύκλοις εὐϑείας τὰς *ΓΔ*, *ΕΖ* διαμέτρους οὔσας, ἐν δὲ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου τὰς *ΕΗΓ*, *ΖΔ* γραμμάς. λέγω, ὅτι καὶ ἑκατέρα τῶν *ΕΗΓ*, *ΔΖ* γραμμῶν εὐϑεῖά ἐστιν.

εἰ γὰρ δυνατόν, μὴ ἔστωσαν εὐϑεῖαι, καὶ ἐπεζεύχϑω ἡ *ΕΘΓ* εὐϑεῖα. ἐπεὶ οὖν ἡ *ΕΗΓ* γραμμὴ καὶ ἡ *ΕΘΓ* εὐϑεῖα ἐν τῷ *ΕΔ* ἐπιπέδῳ εἰσὶ συνάπτουσαι κατὰ τὰ *Ε*, *Γ* σημεῖα, καί ἐστιν ἡ *ΕΗΓ* γραμμὴ ἐπὶ τῆς τοῦ κυλίνδρου ἐπιφανείας, ἡ *ΕΘΓ* ἄρα εὐϑεῖα οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῆς τοῦ κυλίνδρου ἐπιφανείας. ἐπεὶ οὖν οἱ *Α*, *Β* κύκλοι ἴσοι τε καὶ παράλληλοί εἰσι καὶ τέμνονται ὑπὸ τοῦ *ΕΔ* ἐπιπέδου, αἱ ἄρα κοιναὶ αὐτῶν τομαὶ παράλληλοί εἰσιν. εἰσὶ δὲ καὶ ἴσαι· διάμετροι γάρ εἰσιν ἴσων κύκλων· ἐὰν ἄρα μενόντων τῶν *Α*, *Β* σημείων τὰς *ΑΓ*, *ΒΕ* διαμέτρους νοήσωμεν περιενεγκούσας τὴν *ΕΘΓ* εὐϑεῖαν περὶ τοὺς *Α*, *Β* κύκλους καὶ ἀποκαϑισταμένας, ἡ *ΕΘΓ* εὐϑεῖα γράψει τὴν τοῦ κυλίνδρου ἐπιφάνειαν, καὶ ἔσται τὸ *Θ* ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας. ἦν δὲ ἐκτός· ὅπερ ἀδύνατον. εὐϑεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ *ΕΗΓ*. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ *ΖΔ*. καὶ ἐπιζευγνύουσιν ἴσας τε καὶ παραλλήλους τὰς *ΕΖ*, *ΓΔ*· τὸ *ΕΔ* ἄρα παραλληλόγραμμόν ἐστιν· ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

---

1. βάσεις] corr. ex βάσις p, βάσις Vvc. 2. τῆς] τοῦ c. 3. *ΑΒ*] *ΑΒ* εὐϑείας p. 6. *ΕΗΓ*, *ΖΔ*] *ΓΗΕ*, *ΔΖ* p. 7. *ΕΗΓ*] *ΓΗΕ* p. 9. *ΕΘΓ* (pr.)] *ΓΘΕ* p. *ΕΗΓ*] *ΓΗΕ* p. *ΕΘΓ* (alt.)] *ΓΘΕ* εὐϑεῖαι p. 10. *ΕΔ*] corr. ex *ΕΘ* m. 1 c. 11. *ΕΗΓ*] *ΓΗΕ* p. 12. *ΕΘΓ*] *ΓΘΕ* p. 18. *ΕΘΓ*] *ΓΘΕ* p. 20. *ΕΘΓ*] *ΓΘΕ* p. 22. *ΕΗΓ*] *ΓΗΕ*, *Ε* e corr., p. 23. *ΖΔ*] *ΔΖ* p. ἐπιζευγνύουσισ V,

sit cylindrus, cuius bases sint circuli circum *Α*, *Β* centra descripti, axis autem recta *ΑΒ*, et per *ΑΒ* planum ducatur cylindrum secans; efficiet igitur in circulis rectas *ΓΔ*, *ΕΖ*, quae diametri sunt, in superficie autem cylindri lineas *ΕΗΓ*, *ΖΔ*. dico, utramque lineam *ΕΗΓ*, *ΔΖ* rectam esse.



nam si fieri potest, ne sint rectae, ducaturque recta *ΕΘΓ*. quoniam igitur linea *ΕΗΓ* et recta *ΕΘΓ* in plano *ΕΔ* positae sunt in punctis *Ε*, *Γ* concurrentes, et linea *ΕΗΓ* in superficie cylindri posita est, recta *ΕΘΓ* in superficie cylindri posita non est. quoniam igitur circuli *Α*, *Β* et aequales et paralleli sunt secanturque a plano *ΕΔ*, communes eorum sectiones parallelae sunt [Eucl. XI, 16]. uerum etiam aequales sunt; sunt enim aequalium circulorum diametri. itaque si manentibus punctis *Α*, *Β* diametros *ΑΓ*, *ΒΕ* finxerimus rectam *ΕΘΓ* per circulos *Α*, *Β* circumagentes et rursus restitutas, recta *ΕΘΓ* superficiem cylindri describet [def. 1], et punctum *Θ* in superficie erit. at extra positum erat; quod fieri non potest. itaque *ΕΗΓ* recta est. similiter autem etiam *ΖΔ*. et rectas *ΕΖ*, *ΓΔ* aequales et parallelas iungunt. ergo *ΕΔ* parallelogrammum est [Eucl. I, 33]; quod erat demonstrandum.

ἐπιζευγνυούσης v. 24. *ΕΖ*, *ΓΔ*] *ΓΔ*, *ΕΖ* p. *ΕΔ*] *ΓΖ* p. 25. ὅπερ ἔδει] om. p. δεῖξαι] vc, ξαι V, om. p. Seq. ἑξῆς τὸ σχῆμα Vv (fig. in mg. est).

γʹ.

Ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ τῷ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμῳ, ἡ τομὴ παραλληλόγραμμον ἔσται ἴσας γωνίας ἔχον τῷ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμῳ.

ἔστω κύλινδρος, οὗ βάσεις μὲν οἱ περὶ τὰ **Α**, **Β** κέντρα κύκλοι, ἄξων δὲ ἡ **ΑΒ** εὐθεῖα, τὸ δὲ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλόγραμμον τὸ **ΓΔ**, καὶ τετμήσθω ὁ κύλινδρος ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τῷ διὰ τῶν **Ε**, **Ζ**, **Η**, **Θ** παραλλήλῳ ὄντι τῷ **ΓΔ** παραλληλογράμμῳ καὶ ποιοῦντι τομὰς ἐν μὲν ταῖς βάσεσι τὰς **ΕΖ**, **ΗΘ** εὐθείας, ἐν δὲ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου τὰς **ΕΗ**, **ΖΘ** γραμμάς. λέγω, ὅτι τὸ **ΕΗΖΘ** σχῆμα παραλληλόγραμμόν ἐστιν ἰσογώνιον τῷ **ΓΔ**.

ἤχθω ἀπὸ τοῦ **Β** κέντρου ἐπὶ τὴν **ΕΖ** εὐθεῖαν κάθετος ἡ **ΒΚ**, καὶ διὰ τῶν **ΚΒ**, **ΒΑ** διεκβεβλήσθω ἐπίπεδον, καὶ ἔστωσαν κοιναὶ τομαὶ αἱ **ΑΛ**, **ΚΛ**, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ **ΒΖ**, **ΑΘ**. ἐπεὶ οὖν παράλληλος ὁ μὲν **Α** κύκλος τῷ **Β**, τὸ δὲ **ΕΘ** ἐπίπεδον τῷ **ΓΔ** ἐπιπέδῳ, καὶ τέμνεται ὑπὸ τοῦ **ΑΒΚΛ** ἐπιπέδου, παράλληλος ἄρα ἡ μὲν **ΑΛ** τῇ **ΒΚ**, ἡ δὲ **ΚΛ** τῇ **ΒΑ**· παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶ τὸ **ΚΑ**· ἴση ἄρα ἡ μὲν **ΚΛ** τῇ **ΒΑ**, ἡ δὲ **ΒΚ** τῇ **ΑΛ**. καὶ ἐπεὶ ἡ μὲν **ΒΚ**

---

1. γʹ] p, m. rec. V, om. vc (et sic deinceps). 2. παραλλήλῳ] mut. in παραλληλο$^{\gamma\rho}$ m. 2 p. τῷ] τῷ τοῦ c. 3. παραλληλογράμμῳ] $\overset{\rho\omega}{\ddagger}$, ut saepe, p. 6. βάσις Vc. τά] p, τό Vc. 7. κέντρα] p, κέντρον Vc. 9. Ε, Ζ, Η, Θ] ΗΘΕΖ p. 11. ΕΖ, ΗΘ] ΗΘ, ΕΖ p. 12. ΕΗ, ΖΘ] ΗΕ, ΘΖ p. 13. ΕΗΖΘ] ΕΗΘΖ p. 18. ΒΖ, ΑΘ] ΑΘ, ΒΖ p. ὁ] ἐστιν ὁ p. 21. ἄρα] ἄρα ἐστίν p. ΒΚ] vp, mg. m. 1 V (Β euan.); ΚΛ c, et add. ∵ V. 22. ΚΑ] ΑΚ p. ἄρα] ἄρα ἐστίν p.

III.

Si cylindrus plano secatur parallelogrammo per axem ducto parallelo, sectio parallelogrammum erit parallelogrammo per axem ducto aequiangulum.



sit cylindrus, cuius bases sint circuli circum centra A, B descripti, axis autem recta AB, $\Gamma\Delta$ autem parallelogrammum per axem ductum, et cylindrus alio plano per E, Z, H, Θ secetur parallelogrammo $\Gamma\Delta$ parallelo et sectiones efficienti in basibus rectas EZ, $H\Theta$, in superficie autem cylindri lineas EH, $Z\Theta$. dico, figuram $EHZ\Theta$ parallelogrammum esse parallelogrammo $\Gamma\Delta$ aequiangulum.

ducatur a B centro ad rectam EZ perpendicularis BK, et per KB, BA planum ducatur, sintque communes sectiones $A\Lambda$, $K\Lambda$, et ducatur BZ, $A\Theta$. quoniam igitur circuli A, B paralleli sunt, et plana $E\Theta$, $\Gamma\Delta$ parallela secanturque plano $ABK\Lambda$, parallelae erunt $A\Lambda$, BK et $K\Lambda$, BA [Eucl. XI, 16]; itaque KA parallelogrammum est; quare $K\Lambda = BA$, $BK = A\Lambda$ [Eucl. I, 34]. et quoniam BK, $A\Lambda$ et KZ, $\Lambda\Theta$ [Eucl. XI, 16] parallelae sunt, erit etiam [Eucl. XI, 10]

$$\angle BKZ = A\Lambda\Theta.$$

---

23. KA] Halley, $K\Lambda$ Vcv, ΛK p. τῇ (pr.)] bis c. BA] AB p. BK τῇ $A\Lambda$ (utrumque)] $A\Lambda$ τῇ BK p.

τῇ ΑΛ παράλληλός ἐστιν, ἡ δὲ ΚΖ τῇ ΛΘ, καὶ ἡ ὑπὸ ΒΚΖ ἄρα γωνία τῇ ὑπὸ ΑΛΘ ἴση ἐστί. καί ἐστιν ἡ ΒΚ κάθετος ἐπὶ τὴν ΚΖ· καὶ ἡ ΑΛ ἄρα κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὴν ΛΘ. καί εἰσιν ἴσαι· ἴσαι ἄρα καὶ αἱ ΕΖ, ΗΘ· ἀλλὰ καὶ παράλληλοι. καὶ ἐπεὶ ἡ ΒΖ τῇ ΑΘ παράλληλός ἐστι, τὸ ἄρα διὰ τῆς ΒΖ καὶ τοῦ ἄξονος ἀγόμενον ἐπίπεδον ἥξει καὶ διὰ τῆς ΑΘ καὶ τομὴν ποιήσει παραλληλόγραμμον, καὶ πλευρὰ αὐτοῦ ἔσται ἡ τὰ Ζ, Θ ἐπιζευγνύουσα εὐθεῖα ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας οὖσα τοῦ κυλίνδρου. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΖΘ πλευρὰ τοῦ ΕΖΗΘ σχήματος ἐπὶ τῆς τοῦ κυλίνδρου ἐπιφανείας· κοινὴ ἄρα πλευρά ἐστι τοῦ τε διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμου καὶ τοῦ ΕΗΖΘ σχήματος. εὐθεῖα δὲ ἐδείχθη ἡ πλευρὰ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμου· ἡ ΘΖ ἄρα ἐστὶν εὐθεῖα. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ΕΗ. καὶ ἐπιζευγνύουσιν ἴσας καὶ παραλλήλους τὰς ΕΖ, ΗΘ· τὸ ΕΘ ἄρα παραλληλόγραμμόν ἐστι.

λέγω δή, ὅτι καὶ ἰσογώνιον τῷ ΓΔ.

ἐπεὶ γὰρ δύο αἱ ΔΒ, ΒΖ δυσὶ ταῖς ΜΑ, ΑΘ παράλληλοί εἰσι, καί εἰσιν αἱ τέσσαρες εὐθεῖαι ἴσαι, καὶ αἱ ΖΔ, ΜΘ ἄρα ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσι διὰ τὸ πρῶτον θεώρημα. καὶ αἱ ΖΘ, ΔΜ ἄρα καὶ αὐταὶ ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσιν. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΛΘ τῇ ΑΜ παράλληλος. ἡ ἄρα ὑπὸ ΛΘΖ γωνία τοῦ ΕΘ παραλληλογράμμου τῇ ὑπὸ ΓΜΔ γωνίᾳ τοῦ ΓΔ παραλληλογράμμου ἴση ἐστίν· ἰσογώνιον ἄρα τὸ ΕΘ τῷ ΓΔ.

---

1. ΚΖ τῇ ΛΘ] ΛΘ τῇ ΚΖ p. 2. ΒΚΖ] ΑΛΘ p. γωνία] om. p. ΑΛΘ] ΒΚΖ γωνίᾳ p. 3. ΒΚ] vcp, Β e corr. m. 1 V. 6. ΒΖ (pr.)] ΑΘ p. ΑΘ] ΒΖ p. 9. Ζ, Θ] Θ, Ζ p. 10. ΖΘ] ΘΖ p. 11. ΕΖΗΘ] ΗΘ e corr. p. 13. ΕΗΖΘ] ΕΘΖ p. 15. εὐθεῖά ἐστιν p. 16. ΕΗ] corr. ex

et BK ad KZ perpendicularis est; itaque etiam $A\Delta$ ad $\Delta\Theta$ perpendicularis est. et sunt aequales; itaque etiam EZ, $H\Theta$ aequales sunt [Eucl. III, 14]; uerum etiam parallelae [Eucl. XI, 16]. et quoniam BZ, $A\Theta$ parallelae sunt [id.], planum per BZ axemque ductum etiam per $\Delta\Theta$ ueniet sectionemque efficiet parallelogrammum, et latus eius erit recta, quae in superficie cylindri posita Z, Θ puncta coniungit [def. 2]. uerum etiam $Z\Theta$ latus figurae $EZH\Theta$ in superficie cylindri positum est; itaque latus est commune parallelogrammi per axem ducti figuraeque $EHZ\Theta$. demonstrauimus autem, latus parallelogrammi per axem ducti rectam esse [prop. II]; itaque ΘZ recta est. similiter autem etiam EH. et EZ, $H\Theta$ rectas aequales et parallelas iungunt; ergo $E\Theta$ parallelogrammum est [Eucl. I, 33].

dico, idem parallelogrammo $\Gamma\Delta$ aequiangulum esse.

quoniam enim duae rectae ΔB, BZ duabus rectis MA, $A\Theta$ parallelae sunt, et quattuor illae rectae aequales sunt, etiam $Z\Delta$, $M\Theta$ aequales sunt et parallelae propter prop. I. quare etiam $Z\Theta$, ΔM et ipsae aequales sunt et parallelae [Eucl. I, 33]. uerum etiam $A\Theta$, AM parallelae sunt. itaque [Eucl. XI, 10] angulus $\Delta\Theta Z$ parallelogrammi $E\Theta$ angulo $\Gamma M\Delta$ parallelogrammi $\Gamma\Delta$ aequalis est. ergo $E\Theta$ parallelogrammo $\Gamma\Delta$ aequiangulum est.

EZ m. 1 V, sed obscure; EZ vc, HE p. 17. EZ, $H\Theta$] $H\Theta$, EZ p. 19. ΔB, BZ] MA, $A\Theta$ p. MA, $A\Theta$] ΔB, BZ p. 21. $M\Theta$] ΘM p. εἰσι — 23. παράλληλοί] om. c (hab. v). 22. $Z\Theta$, ΔM] ΘZ, $M\Delta$ p. αὐταί] αὗται Vp. 26. ἄρα] ἄρα ἐστί p. τὸ $E\Theta$] Halley cum Comm., τῷ ϑ̄ Vc, τὸ ΘE p. τῷ] p, τό Vc.

δʹ.

Ἐὰν καμπύλην γραμμὴν ὑποτείνῃ εὐθεῖα, αἱ δὲ ἀπὸ τῆς γραμμῆς ἐπὶ τὴν ὑποτείνουσαν κάθετοι ἴσον δύνωνται τῷ ὑπὸ τῶν τμημάτων τῆς ὑποτεινούσης, ἡ γραμμὴ κύκλου περιφέρεια ἔσται.

ἔστω καμπύλη γραμμὴ ἡ ΑΒΔ, ὑποτείνουσα δὲ αὐτὴν ἡ ΑΔ εὐθεῖα, καὶ κάθετοι ἤχθωσαν ἐπὶ τὴν ΑΔ αἱ ΒΕ, ΓΖ, καὶ ὑποκείσθω τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ΒΕ ἴσον τῷ ὑπὸ τῶν ΑΕ, ΕΔ, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΓΖ ἴσον τῷ ὑπὸ ΑΖΔ. λέγω, ὅτι ἡ ΑΒΔ κύκλου περιφέρειά ἐστι.

τετμήσθω δίχα ἡ ΑΔ κατὰ τὸ Η, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΗΒ, ΗΓ. ἐπεὶ οὖν τὸ ἀπὸ τῆς ΗΔ ἴσον ἐστὶ τῷ τε ἀπὸ τῆς ΗΕ καὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΕ, ΕΔ, ὅ ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς ΒΕ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΒΗ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ ΗΕ, ΕΒ, ἴση ἄρα ἡ ΒΗ τῇ ΗΔ. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ΓΗ τῇ ΗΔ ἴση δείκνυται καὶ αἱ ἄλλαι· ἡμικύκλιον ἄρα τὸ ΑΒΔ.

εʹ.

Ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ ταῖς βάσεσιν, ἡ τομὴ κύκλος ἔσται τὸ κέντρον ἔχων ἐπὶ τοῦ ἄξονος.

ἔστω κύλινδρος, οὗ βάσεις μὲν οἱ Α, Β κύκλοι, ἄξων δὲ ἡ ΑΒ εὐθεῖα, καὶ τετμήσθω ὁ κύλινδρος ἐπιπέδῳ παραλλήλῳ ταῖς βάσεσι ποιοῦντι ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου τὴν ΓΞΔ γραμμήν. λέγω, ὅτι ἡ ΓΞΔ γραμμὴ κύκλου ἐστὶ περιφέρεια.

---

2. Ante *ἐάν* add. Ἐ mg. m. 1 V. 6. *ΑΒΔ*] *ΑΒΓΔ* p. 10. *ΑΖΔ*] *τῶν ΑΖ, ΖΔ* p. *ΑΒΔ*] *ΑΒΓΔ* p. 12. *ἡ ΑΔ δίχα* p. 15. *τό* (pr.)] p, *τῷ* Vc. *ΒΕ*] *ΕΒ* p. *ΒΗ*]

IV.

Si curuae lineae subtenditur recta, et rectae a linea ad subtensam perpendiculares quadratae aequales sunt rectangulo segmentis subtensae comprehenso, linea circuli arcus erit.



sit curua linea $AB\Delta$, ei autem subtensa recta $A\Delta$, ducanturque ad $A\Delta$ perpendiculares BE, ΓZ, et supponatur

$$BE^2 = AE \times E\Delta,$$
$$\Gamma Z^2 = AZ \times Z\Delta.$$

dico, $AB\Delta$ arcum circuli esse.

$A\Delta$ in H in duas partes aequales secetur, ducanturque HB, $H\Gamma$. quoniam igitur

$$H\Delta^2 = HE^2 + AE \times E\Delta \text{ [Eucl. II, 5]} = HE^2 + BE^2.$$

et etiam $BH^2 = HE^2 + EB^2$ [Eucl. I, 47], erit

$$BH = H\Delta.$$

